Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)

[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] Seite 100



Q̄ nō om̄ia que ex deo sunt etiam de ipso sunt·sed econuerso· f

Illud etiam hic an nectēdū ē·q̄ nō oīa que dicunt̄ eē ex deo: etiam de ip̄o eē dici debeāt·Quia vt ait Aug⁹· in libro de natura boni·Nō hoc significat pe nitus ex ipso qđ de ipso·Qđ em̄ de ipso ē pōt dici eē ex ip̄o·s̄ nō om̄e qđ ex ipso ē: pōt dici es se de ipso·quia nō est de sua suba·Ex ipso em̄ sunt celum ⁊ terra·q̄ ipse fecit ea·nō autem de ipso·q̄ nō de suba sua·sicut aliq̄s hō gene rat filiū vel faciat domū·Ex ipso ē fili⁹·ex ipso est ⁊ domus·sed filius de ipso·domus vero de terra ⁊ ligno non de ipso·

Aug⁹·

Que dicta sunt summatim colligit· g

Ex premissis apertum est q̄ in dei cognitione siue p̄ntia sūt oīa scz bona ⁊ mala·sed non omnimodo sunt ibi mala quo bona·⁊ q̄ in deo bona tm̄ sunt·sic ex ipso ⁊ p ip̄m·nō mala·Et ex quo sensu hec accipienda sint: assignatū est·Et q̄ de ip̄o nō dicit̄ eē ꝓprie qđ aliđ ē ab ip̄o·Ex ip̄o aūt esse dicunt̄ omnia que eo auctore sunt·

Ista est distinctio tricesimasexta huius p̄mi libri. In qua mgr̄ postq̄ egit de scientia dei s̄m se. agit de a comparatione rerū scitarū ad scientē. Et tria facit. Nam primo ostendit q̄ nō om̄ia sunt in dei eēntia sicut sunt in dei scientia. Scđo subdit qualiter se habeat scientia dei ad bona ⁊ mala. Tertio concludit q̄ nō om̄ia que sunt ex deo patre p̄nt dici de ip̄o. Primum facit a principio distinctionis vsq̄ ibi: Post p̄dicta querit̄. Secundū vsq̄ ibi. Illud etiam hic aduertendum. Tertium vero vsq̄ ad finem distinctiōis In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarū prima est hec. Q̄ licet omnia sint ī dei scientia non tñ om̄ia sunt in eius essentia. Hanc magister ꝓbat rñdens ad hanc questionē: Utrū om̄ia que deus cognoscit possunt dici eē in eius eēntia: sicut dicuntur esse in eius scientia. que idem ē qđ sua essentia Et rñdet q̄ nō oīa que sunt in eēntia diuina sunt eiusdem nature cū deo. Ea autem que sunt in eius scientia: non sunt eiusdem nature cū deo. Ideo om̄ia cognita a deo possunt dici esse in diuina scientia. licz nō possunt dici eē in eius eēntia. Secūda ꝓpositio est hec. Stat deuz aliqualiter cognoscere bona qualiter non cognoscit mala. Hanc magister probans querit. Utrū mala que cognoscunt̄ a deo possunt dici esse in deo. Et rñdet q̄ nō. quia illa solū dicunt̄ esse in deo ad q̄ deus se habet in ratione principij. non autem sic se habet deus ad mala. Tertia ꝓpō ē hec. Licet omnia q̄ sunt de deo possunt dici ex ip̄o nō econuerso omnia que sunt ex ipso possunt dici de ipso. Hec ꝓpositio patet p hoc. q̄ esse de deo dicit̄ ab ipso s̄m substātialitatē. Sed eē ex deo denotat generalē principationem. Unde patet q̄ nihil de deo ꝓprie dicit̄: nisi qđ est de eius substantia. Ser ex deo dicunt̄ esse omnia que quouis modo sunt ab ipso principiata. Si g̃ omne illud quod est ex deo dicit̄ esse de deo. omnes creature dicerent̄ esse substantiales ipsi deo. quod falsum est. sed soluz ꝑsone filij ⁊ spūssancti que sunt de patre p̄nt dici ip̄i consubstantiales. Et tm̄ in speciali.

Quibus modis dicat̄ de⁹ eē in reb⁹· a

DI· XXX VII

Et quoniaz demōstratum est ex parte·quomodo omnia dicantur esse in deo addendum videtur hic·quib⁹ modis dicatur deus esse in rebus·si tamen id humana mēs·vel ex parte digne valeat cogitare·vel lingua sufficit eloqui· Sciendum ē ergo q̄ deus incōmutabiliter semꝑ in se existens·presentialiter·potentialiter·essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui diffinitione·⁊ in omni loco sine circūscriptione·⁊ in om̄i temꝑe sine mutabilitate·Et preterea in sanctis spiritibus ⁊ animabus est excellentius·s·per gratiam inhabitans·⁊ in homine christo excellentissime·in quo plenitudo diuinitatꝭ corporaliter habitat·vt ait apostolus·In eo em̄ deus habitauit nō per gratiam adoptionis·sed per gratiam vnionis·

Q̄ de⁹ in oī est essentia. potentia. s̄z ī sanctis per gratiā ⁊ in hoīe xp̄o ꝑ vnionē ꝑsone

Ne aūt ista quia capacitatem humane intelligentie excedunt: falsitatis arguere aliq̄ presumant·sanctorum autoritatibus muniēda mihi vident̄·Beatus Grego·super cantica canticorū inquit·Licet deus cōmuni modo omnibus rebus insit presentia·potentia·substantia·tamen familiariori modo ꝑ gratiam dicit̄ esse in illis·qui mirificentiam opeꝝ dei acutius ⁊ fidelius considerant·De h̄ em̄ eodem Aug⁹·ad Dardanum in libro de presentia dei ait·Cum deus sit natura incorporea ⁊ incōmutabiliter viua·eterna stabilitate in seipso manēs: totus adest rebus omnibus·⁊ singulis totus·sed in quibus habitat: habent eum pro sue capacitatis diuersitate·alij amplius·alij minus·quos ip̄e sibi dilectissimum templū gratia sue bonitatis edificat·Hylarius quoq̄ in·viij·lib·de trini·apertissime deū vbiq̄ esse·Deus inquit imense v̄tutis viuens potestas que nusq̄ non assit·non desit vsq̄·se omnez per sua edocet vt vbi sua sint ipse esse intelligatur·Non autem corporali modo cum alicubi sit·non etiam vbiq̄ esse credatur·cum ⁊ in omnibus esse non desinat·Ambrosius in·i·libro de spiritusancto·Spiritumsanctum probat non esse creaturam·quia vbiq̄ est·qđ est ꝓpriū diuinitatis ita dicēs·Cū oīs creatura certis nature sue sit circūscripta limitib⁹·quō q̄s audeat creaturā appellare spm̄scm̄·qui nō habeat circū=

Auctoritatibus ita eē ꝯfirmat

Gregori⁹

Aug⁹·

Hylarius

Ambros·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0100
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG